



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1549. usque ad annum 1551 - ... Atque Tabulis
Chronologicis Ab Anno Christi 1000 Usque Ad 1595 ...

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1770

VD18 90118537

§. 137. Pontificis mandatum de interrumpenda Synoda.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66584](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66584)

Sæcul. XVI
A. C. 1549.

§. CXXXVII.

Pontificis mandatum de interrumpenda Synodo.

Reynald. hoc
ann. n. 21.

Enimvero postremum hoc consilium secutus Montano Cardinali præcepit Pontifex, ut Bononienses Patres dimitteret, eisque significaret, quod Sanctitas sua decreverit nullum deinceps Concilium esse celebrandum, eoque Romæ decretis pro morum, ac disciplinæ emendatione necessariis infundare statuisset. Hoc negotium sibi demandatum Montanus die decima septima Septembris executus est.

§. CXXXVIII.

Cæsaris consilium de arce Senis construenda.

Thucyd. hist.
l. 6. n. 4.

Nec tamen omnibus animi sui anxietatibus liber evasit Pontifex; semper enim Placentinæ res illum vehementissime distentum tenebant, præcipue, cum præfatæ urbis loco Senensem Provinciam nullo pacto obtinere posset; quippe Mendoza, qui Cæsaris nomine ibidem præerat, Senenses eo induxit, ut ad Carolum Oratores mittere decernerent. Hi ergo duos feligunt, quorum primus erat Lelius Puccius